

ŠKOFIJSKI LIST

67.

Litterae circulares

ad revmos locorum ordinarios quoad propria officiorum diocesana.

(Acta Apost. Sedis, 1912, 376.)

Illme et Rme Domine, uti Frater.

Quum Sanctissimo Domino Nostro Pio Papae X magnae curae sit, ut Breviarii Romani reformatio ad unguem perficiatur; operae pretium erit, etiam lectiones historicas cuiusque Dioecesi proprias ad trutinam revocare. Quamobrem gratissimum Summo Pontifici fecerit Amplitudo Tua, si pro viribus curabit, ut in ista Dioecesi Tibi commissa, viri periti eligantur, qui, conlatis consiliis, historicas lectiones, quas supra dixi, diligenter examinent easque cum vetustis codicibus, si praesto sint, aut cum probata traditione conferant. Quod si repererint eas historias contra fidem codicum et solidae traditionis in aliam formam a nativa degenerasse, omni ope adlaborent, ut vera narratio restituatur.

Omnia vero maturius expendenda sunt, ne quid desit ex ea diligentia, quae collocanda est in reperiendis codicibus, in eorum variis lectionibus conferendis et in vera traditione observanda. Nec profecto opus est festinatione: putamus enim spatium ad minus triginta

annorum necessarium, ut Breviarii reformatio feliciter absolvatur.

Interea cum opus in ista Dioecesi perfectum fuerit, Amplitudo Tua ut illud ad hanc Sacrorum Rituum Congregationem mittatur, pro sua pietate sataget: ita tamen, ut si quid in lectionibus historicis additum vel demptum aut mutatum fuerit, rationes quae ad id impulerunt, brevi sed lucida oratione afferantur.

Dum haec, de speciali mandato Summi Pontificis, Amplitudini Tuae significo, diuturnam ex animo felicitatem adprecior.

Romae, die 15 Maii 1912.

Amplitudinis Tuae

L. S.

Uti Frater addictissimus

Fr. S. Card. **Martinelli**,

Praefectus.

† **Petrus La Fontaine, Episc. Charystien.**,
Secretarius.

68.

Pooblastila avstrijskih škofov glede prodaje in obremenitve redovniške imovine.

Pius PP. X.

Ad futuram rei memoriam. Facultates de regularium bonis in Austriaco Imperio positae alienandis deque oneribus imponendis super iisdem bonis, quas Decessor Noster re: me: Leo PP. XIII, similibus Literis die XVIII mensis Septembris an. MDCCCXI piscatoris annulo obsignatis ad Decennium protulit, nunc omnibus rei

momentis attento seduloque studio inspectis perpensisque, opportunum Nos quidem ducimus in aliud temporis spatium nonnullis mutatis conditionibus et clausulis prorogare. Quapropter Motu proprio, ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque Apostolicae potestatis Nostrae plenitudine, praesentium vi Apostolicae

Sedis Nuntio apud Carissimum in Christo filium Nostrum Austriae Imperatorem Bohemiae Regem illustrem, atque Hungariae Regem Apostolicum, pro tempore existenti vel ei qui ejusdem Nuntii vices pro tempore gerat, nec non Archiepiscopis, Episcopis, et Praesulibus, ut vocant, nullius Dioeceseos in universa super enunciati Imperatoris Austriae ditione existentibus, exceptis tamen bonis si qua in provinciis Italicis existant, nec non Episcopo Wratislaviensi, pro parte ejusdem Dioeceseos, quae in Austriae Imperio comprehenditur, ad aliud Decennium a novissimo postremae prorogationis die computandum facimus potestatem, cuique in sua dioecesi, concedendi facultates sequentibus articulis comprehensas. I. Alienandi bona Regularium Ordinum usque ad summam florenorum octomillium monetae Austriae, sive stabilia ea bona sint, sive in publicis nominibus consistant, adiuncta tamen conditione ut pretium ex alienatione perceptum in aliorum bonorum stabilium, seu censuum acquisitionem convertatur, iisque deficientibus pretium ipsum alia ratione fructuose ac secure collocetur, exclusa qualibet negotiatione per sacros canones ecclesiasticis viris interdicta II. Imponendi bonis regularium onera quae non excedant summam florenorum quindecim millium, rationem tamen ac terminum praefiniendo quo aes alienum dissolvatur. Quod si necessariae instaurationes ac melioramenta in aliquo regularium fundo occurrant neque aes alienum contrahi et nonnisi per alicujus boni ad eosdem regulares pertinentis venditionem necessitati providere queat; hoc in casu concedendi facultatem perficiendi venditionem cum conditione ut si ex pretio percepto pars aliqua supersit, eadem fructuose collocetur, rationibus superius expositis. Quod si vendenda bona, vel onera iisdem imponenda sint, quae pretium excedant superius definitum octomillium florenorum pro venditione, et quindecim millium pro impositione, eo in casu si agatur de summa quinquaginta millium florenorum pretium non excedente, regulares suas deferre preces debebunt ad Nuntium Apostolicum, cui proinde facultatem facimus petitam veniam concedendi si hoc in Domino expedire judicaverit. III. Firmis manentibus ordinariis facultatibus causarum piarum pro ineundis locationibus et conductionibus ad triennium, concedendi facultatem locationes et conductiones ipsas ineundi ad quindecim annos, servatis quod ad reliqua, canonicis praescriptionibus. Ad vitandos autem abusos nonnullos, et obsecundandum aliqua ratione consuetudini quae in Austri-

aco imperio invaluit ut Ecclesiasticorum bonorum possessores a respectivis conductoribus redditus seu praestationes accipiant, facultatem concedendi redditus ipsos, seu praestationes percipiendi in antecessum, ita tamen, ut illae quod ad fundos urbanos, non excedant summam quae in semestri spatio a conductore persolvenda sit, quod vero spectat ad bona rustica, dummodo summam non praetergrediantur quae a conductore per anni spatium persolvatur. IV. In casibus urgentis necessitatis, atque utilitatis religiosae familiae, quibus ad alienationem, seu onerum impositionem sine mora deveniendum sit, facultatem largimur absque praefinita pecuniae summa (dummodo tamen non agatur de summis extraordinariis) alienationem perficiendi, vel aes alienum contrahendi, ea tamen adiuncta conditione, ut in posterum ea de re ad Nuntium Aplicum sive directe ad S. Sedem singillatim accurateque referatur. Porro in omnibus et singulis casibus integram semper esse volumus facultatem postulationes ad Aplicam Sedem directe deferendi. Volumus praeterea ut in singulis huiusmodi concessionum casibus sive fiant ab Aplico Nuntio, sive ab Antistitibus dioecesanis, superior localis et respectivum Capitulum religiosae familiae audiat; simulque ut jus alteri quaesitum minime laedatur; necnon canonicae praescriptiones accurate servantur, praesertim Constitutio felicis: Pauli PP. II ree: mem: Praedecessoris Nostri quae incipit. »Cum in omnibus« edita die XI Maii an. MCDLXV ac proinde in omnibus et singulis facultatibus seu concessionibus volumus ac mandamus ut pateat et probata sit religiosae familiae necessitas vel utilitas, eumque in finem in singulis item casibus, non modo Superioris localis et respectivi Capituli consilium, ut supra dictum est, audiat, verumetiam honesti nominis probati iudicii viri antea consulantur. Praecipimus denique ut in omnibus et singulis actis venditionis, seu alienationis, et onerum impositionis, atque etiam locationis ad annos quindecim mentio expresse fiat facultatis ab Apostolica Sede concessae. Haec volumus, jubemus, mandamus, non obstantibus Pauli PP. II, aliorumque Decessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque Constitutionibus, et Ordinationibus, speciali licet mentione dignis, contrariis quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris de VIII Novembris MDCCCXI. Pontificatus Nostri An. Nono.

R. Card. Merry Del Val

a secretis Status.

69.

Različne opazke.

1. Dekanijski uradi naj blagovolijo izstop in nastop premeščencev takoj naznaniti.

2. Duhovniki, ki izpolnijo novo petletje svojega službovanja v dušnem pastirstvu, naj vpošljejo semkaj službeno tabelo v treh izvodih, da se jim more petletnica izposlovati.

3. Štolninski izkazi pri fasiji. Nadarbinariji, ki polagajo fasijo, se opozarjajo, da naj v vseh slučajih, kadar je od zadnje potrjene fasije minulo že nad deset let, prilože fasiji še šestletni štolninski izkaz po vzorcu v Poč: Duh. poslovnik, § 145.

4. Devetdnevnica v čast sv. Frančišku Ksaveriju. Vojvodinja Meklenburška je zopet darovala ljubljanski škofiji deset tisoč izvodov te brošurice v razdelitev. Župni uradi, ki leže to brošurico, naj svojo željo semkaj izrazijo in naznanijo, koliko izvodov naj se določi.

5. Beneficijalne maše. Vsled vabila parlamentarne duhovske zveze na Dunaju z dne 9. februarja 1911 je ljubljanski ordinariat dne 28. marca 1911 razposlal naslednjo okrožnico:

Št. 712.

„Potom parlamentarne zveze duhovnikov-poslancev na Dunaju se je izvedelo, da je c. kr. ministrstvo za bogočastje in uk pripravljeno vse

nadarbinarije, katerim se beneficijalne (dotacijske, erekcijske) maše všttevajo v kongruo, na ta način odškodovati, da se jim za vsako tako mašo dovoli gotov stipendij na račun verskega zaklada. Visokost stipendija sicer še ni določena, bržkone bo 2 K.

Preden se pa ta ugodnost zakonito ali pa naredbenim putem za stalno določi, sme vsak prizadeti nadarbinar prositi c. kr. ministrstvo za bogočastje in uk potom ordinariata, naj se mu za dotacijske maše odškodnina osebno dovoli, in sicer za eno mašo vsaj po 2 K.

Častiti dekanjski urad naj v svoji dekaniji na to ugodnost opozori vse one nadarbinarije, ki pridejo pri tem v poštev.

Prošnje naslovljene na c. kr. ministrstvo za bogočastje in uk naj se kolkujejo s kolkom po 1 K.“

Posamezni beneficiati so se odzvali temu vabilu, a ne še vsi. Nekaterim ta okrožnica še ni znana. Zato se je tu ponatisnila. Dostavlja se pa, da doslej sploh še ni bila nobena prošnja rešena.

6. Darovanje za evharistični shod naj se vrši po vseh župnijah prvo nedeljo meseca avgusta, kakor je bilo zaukazano v Škofjskem Listu 1911, str. 61 v točki 2.

70.

Razpis Iv. Nep. Schlackerjeve ustanove za učiteljske vdove.

Ustanova pokojnega vodja normalke c. kr. šolskega svetnika in častnega kanonika Ivana Nep. Schlackerja, v podporo ene učiteljske vdove se bo zopet podelila za čas od 1. avgusta 1911 do 1. avgusta 1912. Častiti župni uradi naj obveste o tem razpisu učiteljske vdove, ki sicer ne uživajo nikake ustanove, z opazko, naj prosivke

opremijo svoje prošnje z verjetnimi svedočbami, da so v resnici ubožne, nesvarljivega življenja in da so njihovi možje najmanj deset let služili v kronovini kranjski kot ljudski učitelji. Prošnje naj se vložijo do 30. avgusta t. l. pri tukajšnjem konzistoriju.

71.

Evharistični shod na Dunaju.

Da se bo moglo čimveč duhovnikov udeležiti evharističnega kongresa na Dunaju, dovolim vsem duhovnikom ljubljanske škofije, da smejo v nedeljo 15. septembra 1912 binirati v ta namen, da morejo nadomestovati duhovnike, ki se udeležijo evharističnega kongresa na Dunaju.

Intencije druge maše ne smejo zase vzeti, ampak morajo maševati ali pro populo, ali pa stipendij odposlati semkaj za škofijske namene.

Kn.-šk. ordinariat v Ljubljani, 26. julija 1912.

Anton Bonaventura, l. r.
knezoškof.

Škofijska kronika.

Cerkveno odlikovanje. Za kn.-šk. duhovne svetnike so imenovani čč. gg.: Mihael Barbo, župnik v Smledniku, Jernej Ramoveš, župnik v Poljanah nad Škofjo Loko, Andrej Ramoveš, župnik v Dobropoljah, Franc Krumpeštar, župnik pri Sv. Gregorju.

Prezentiran je bil za župnijo Sv. Trojica nad Cirknico č. g. Ivan Štrubelj, župni upravitelj istotam.

Umeščen je bil 15. julija č. g. Ivan Štrubelj na župnijo Sv. Trojica nad Cirknico, 24. julija pa č. g. Andrej Širaj, kaplan v Vodica, na župnijo Sava.

Imenovan je bil č. g. dr. Alojzij Merhar, stolni kaplan in namestni veroučitelj na II. drž. gimnaziji za veroučitelja istotam.

Premeščen oziroma nameščen so bili čč. gg. kapelani: Karol Gnidovec iz Žužemberka za uršulinskega spirituala v Ljubljano, Ivan Rihar iz Vipave v Žužemberk, Rudolf Kapš iz Postojne v Vipavo, Josip Šimenc, novomašnik, v Postojno, Matej Kozelj iz Ribnice na Krko, Engelbert Rakovec iz Kranja v Ribnico, Dr. Jakob Kotnik iz Dobrove v Kranj, Martin Jarc, semeniški duhovnik, na Dobrovo, Franc Krische iz Šmartna pri Litiji v Vodice, Ivan Lovšin iz Moravč za župnega upravitelja na Sv. Goro, Franc Golob iz Dobrnič v Moravče, Jernej Podbevšek iz Cirknice k Sv. Petru v Ljubljano, Franc Kanduč iz Starega trga pri Ložu v Cirknico, Andrej Stenovec iz Brezovice v Stari trg pri Ložu, Janez Filipič, semeniški duhovnik, v Šmartno pri Litiji, Josip Markič novomašnik, k Sv. Trojici pri Tržišču, Ivan Cegnar iz Žirov k Sv. Nikolaju v Ljubljano, Josip Fröhlich iz Črnega vrha pri Idriji v Žiri, Anton Črnugelj, iz Vel. Lašč v Črni vrh nad Idrijo, Jernej Hafner, novomašnik, v Velike

Lašče, Franc Šmit iz Smlednika na Brezovico, Anton Porenta iz Hrenovic v Smlednik, Vincenc Kavčič iz Selc v Hrenovice, Matej Tavčar, semeniški duhovnik, v Selca, Matej Žbontar s Koroške Bele na Jesenice, Franc Sedej, novomašnik, na Koroško Belo, Franc Hočevnar iz Toplic v Stopiče, Viktor Švigelj iz Horjula v Toplice, Matija Noč z Bohinjske Bistrice v Horjul, Ignac Oberstar iz Spodnje Idrije na Bohinjsko Bistrico, Janez Kmet od Sv. Križa pri Litiji v Spodnjo Idrijo, Janez Lobe, novomašnik, k Sv. Križu pri Litiji, Anton Rovtar, novomašnik, k Sv. Križu pri Kostanjevici, Janez Vodopivec iz Čemšenika kot ekspozit na Vrhpolje pri Moravčah, Tomaž Tavčar, semeniški duhovnik, v Čemšenik, Karol Zajc, novomašnik, v Slavino, Janez Šesek z Jesenic v Kočevje, Andrej Krauland iz Kočevja kot župni upravitelj v Polom, Pavel Klemenčič, semeniški duhovnik, v Kočevje, Janez Jaklitsch iz Starega loga v Koprivnik na Kočevskem, Franc Novak iz Koprivnika na Kočevskem v Stari log.

Višje redove je prejel poleg na str. 31 Škof. Lista, 1912, naštetih čč. gg. bogoslovcev, dne 10, 12, 15. julija Fr. Benedikt Bolcer iz župnije Ptuj, cistercijan v Stičini. Prezbitrat je je prejel 15. julija č. fr. Anton Avbelj, O. FF. Min., iz Ljubljane.

Začasni pokoj je dovoljen obolelemu č. g. Feliksu Funtek, kaplanu v Stopičah.

Dovje liberae collationis episcopalis. Ker se je uršulinski samostan v Škofji Loki kot lastnik loške graščine odkupil patronatskih bremen za župnijo Dovje, je postala ta župnija liberae collationis episcopalis. (Dopis c. kr. deželne vlade za Kranjsko z dne 10. julija 1912, št. 14.445.)

Knezoškofijski ordinariat v Ljubljani, dne 31. julija 1912.

Vseblina: 67. Litterae circulares ad revmos locorum ordinarios quoad propria officiorum diocesana. — 68. Pooblastila avstrijskih škofov glede prodaje in obremenitve redovniške imovine. — 69. Različne opazke. — 70. Razpis Iv. Nep. Schlackerjeve ustanove za učiteljske vdove. — 71. Evharistični shod na Dunaju — 72 Škofijska kronika.

Izdajatelj kn.-šk. ordinariat. Odgovorni urednik **Viktor Steska**. — Tiskala Katoliška tiskarna.